

non etiam cum se amat: ipm quoq; amorem sui genuisse videatur: Erat enim amabilis si bi: t anteq; se amaret: quia poterat se amare sicut erat sibi noscibilis: t anteq; se nosset: qz poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis: nunq; se nosse potuisset. Ita si non sibi eet amabilis: nunq; amare potuisset. Cur itaq; a mando se non genuisse dicatur amorem suu. sicut cognoscendo se genuit noticiam suam. In eo quidem manifeste ostenditur hoc amoris esse principium: vnde procedit: ab ipa qui dem mente procedit que sibi est amabilis anteq; se amet: atq; ita principiu[m] est amoris sui quo se amat. Sed ideo nō recte dicitur genitus ab ea sicut noticia sui qua se nouit: qz noticia iam inuentum est quod partum repertū dicitur: quod sepe precedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi: quod idem valet si dicas: reperiendi. Que autem reperiuntur: quasi pariūt: vn de proli similia sunt: vbi nisi in ipsa noticia: ibi enim quasi expressa formantur. Nam et si iam erant res quas querendo i[n]uenimus: noticia tamen ipsa non erat: quam sicut prole na scem deputamus: porro appetitus ille qui est inquirendo procedit a querente: t pender quodammodo: neq; requiescit fine quo intē ditur: nisi id quod queritur inuentum: querēti copuletur. Qui appetitus: id est inquisitio: qz amor esse nō videatur: quo id quod notum est: amatur. Hoc enim adhuc ut cognoscatur agitur: tamen ex eodem genere quidam est. Nam voluntas iam dici potest: quia omnis qui querit inuenire vult: t si id querit quod ad noticiam pertineat: omnis qui querit nosse vult. Quod si ardenter atq; instanter vult: studere dicitur quod maxime inesse quendis atq; adipiscendis quibusq; doctrinis dici solet. Partum ergo mentis antecedit appetitus quida: quo id quod nosse volum querendo t inueniendo nascitur proles ipsa noticia: ac per hoc appetitus ille quo concipiatur paritura noticia: partus t proles recte dici non potest. Ademq; appetitus quo inhibatur rei cognoscendae: sit amor cognitae dum tenet atq; amplectitur placitam problem: id est noticiam dignitatiq; coniungit. Et est quedam imago trinitatis: ipsa mens t noticia eius qd est proles eius: ac de seipsa verbum eius: t amor tertius: t hec tria vnum atq; vna substantia. Nec minor proles: dum tantam se nouit mens quanta est: nec minor amor dum tantu[m] se diligit qd[um] nouit t quanta est.

Explicit liber nonus.

Incipiunt capitula libri decimi.

- i De studijs discere amantium qd igno riant: quod tamen non expeterent sci res si penitus ignorarent.
- ii Quibus causis amari videntur cognita: cum ipsa scientia eorum que ne scimus expertitur.
- iii An incognita sibi sit mens cum se que rit vt nouerit.
- iv De proprijs mentis que non potest ignorare.
- v In quo mens nosse se debeat: et a quibus abstinerene eis quasi proprijs delectetur: atq; in se minus nouerit.
- vi In quibus mens de se cogitans possit errare.
- vii De opinionibus eorum qui mentem o liquide precipuum corporis esse senserunt.
- viii Q[m] mens nosse se querens: nihil de se corporeum debet cogitare.
- ix Quomodo mens cognoscit seipsam.
- x Q[m] mens nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat: de quibus scit esse dubitandum.
- xi De memoria: intelligentia t voluntate: in quibus mens habet in se quan dam imaginem diuine trinitatis.
- xii De querenda imagine trinitatis etiam in his que anima ex corporis sensibus concipit.

Aureli Augustini episcopi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amantium quod igno riant: quod tamen non expeterent sci res si penitus ignorarent.

Capitulum I.

Hinc ad ea ipsa consequen ter enodatus explicada lima tor accedat intentio. Ac p[ro]mū quia rem p[ro]cessus ignorantia amare omnino nullus potest: diligenter intuendum est cuius modis sit amor studentium: id est non iam scientiuz: sed adhuc scire cupienti quacq; doctrinā. Et in his q[ui]p[er] reb[us] i q[ui]b[us] nō v[er]itate d[icitu]r studium solent existere amores ex auditu: dum

